



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. LXXIV. Romana fideicommissorum de Maurellis. Stante Statuto Urbis, quod filii positi in conditione fideicommissi censeantur tacitè ad fideicommissum vocati, An id procedat in filiis positus in ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

me fuerunt illi puri pragmatici, qui cum decisionibus, vel consiliis, aliique doctrinis aliquas conjecturas in suis casibus approbationibus vel respectivè reprobationibus simpliciter procedunt, tanquam per speciem regulæ generalis cuicumque casui congruæ; Dicere liquidem liberè absque aliqua exaggeratione possum, quod in hoc præsertim articulo filiorum in conditione positorum longè ultra centesimum causarum numerum tractavi, & tamen semper expertus sum diversimodè judicandum esse ex diversâ facti qualitate.

Applicando igitur ad hanc facti speciem, atque reflectendo etiam ad solam veritatem, credebam versari in casu limitationis potius quam regulæ, undè propterèa probabiles vitæ fuerunt resolutiones; Ex eo potissimum fundamento, quod in Statu Veneto de consuetudine magis recepta est opinio affirmativa pro regula etiam sine conjecturis ut testatur communiter DD. dictæ Ditionis, præsertim Mantice de conjectur. lib. 11. tit. 2. num. 2. & 12. Peregrin. art. 28. num. 2. Fusar. quest. 437. num. 4. & alii; Hinc proinde cum Ioannes Martinus testator esset de præfato statu, nempe Bergomensis, in Civitate Fulginatensi moram trahens occasione negotiationis, Atque in eadem patria testamentum condiderit, exinde sequitur quod ad limites dictæ consuetudinis. hæc testamentaria dispositio intelligenda est. quoniam præsumptio est testatorem ejus voluntatem accommodasse statutis & consuetudinibus loci, in quo testatur; Idque adeo verum, quod licet hodie receptissimum sit, ut ad statutorum operationem requiratur utraque subiectio, personarum, & bonorum, atque una sine altera non sufficiat, ex plenè deductis, in celebri Narvien. coram Merlino inter suas decis. 353. 390. 429. & 453. aliàs decis. 177. 247. & 321. d. par. 5. rec. & decis. 329. par. 6. rec. & habetur pluries in sua materia sub tit. de successione, Attamen in testamentis, Statuta vel consuetudines attenduntur etiam cum non subditis, & extra territorium, non quidem in ratione auctoritativa, ad quem effectum dicta utraque subiectio necessaria est, sed in ratione præsumptæ voluntatis testatoris, ut ultra generalia ibidem collecta, in his individualibus terminis vocationis filiorum in conditione positorum resultantis à statuto Urbis etiam in testamento forensis habetur apud Merlinum decis. 447. repetita decis. 355. par. 5. recent. numer. 11. cum sequen.

Altera erat vehemens conjectura receptissima pluriesque canonizata, quod ad portionem morientis absque filiis vocati fuerunt filii ex altero præmortuo superstites; Si enim testator vocare voluit istos filios in conditione positos ad portionem patris, multò magis dicendum est, eos vocare voluisse ad portionem patris; Et his addebantur alia conjectura generales, quæ solæ & de par se non videntur sufficientes, sed benè cum aliis iunctæ magnificende veniunt, ut sunt; Adjectio qualitatis legitimorum & naturalium, cum ita constet testatorem abhorruisse etiam filios illegitimos, & adoptivos, seu aliàs fictos, ut est Monasterium, multò magis dicendum est abhorrere voluisse hæredes extraneos; Ac etiam restrictio ad sexum masculinum, cum exclusione fæminarum, Necnon reciproca inter primos hæredes; Atque vocatio in stirpes, Ut de his, & similibus conjecturis habetur in supra allegatis auctoritatibus, præsertim apud Ad. ad Buratt. dicta decis. 385. & plenè in hujus causæ

decisionibus, quæ in hac materia circumferri solent, tanquam magistrales, potissimè verò dum agebatur de dispositione ascendente, in qua receptissimum est minores desiderari conjecturas, quam in illa transversalis, ut in eisdem mox allegatis.

Quo verò ad alteram inspectionem super retentione fideicommissario concedenda de bonis hæredis gravati pro reintegratione fideicommissi, ob alienationes, vel dissipationes ab eo factas, difficultas in prima propositione prodiit ab illiquiditate, dum non constabat quid, & quantum importaret id, de quo fideicommissum reintegrandum erat, cum pro illiquidis non detur retentio, undè postquam liquidatio facta fuit, resolutiones procedebant de plano, cum non dubitetur in jure de præfate retentionis competentia, ut apud Peregrin. conf. 35. num. 11. lib. 3. apud Rojas decis. 367. decis. 328. par. 10. rec. & sapius, & sic pariter ista quæstio fuit potius facti quam juris super dicta liquidatione.

Quinimò advertebam pro meo sensu nimium rigorosè processum fuisse in desiderando illam omnimodâ liquidationem, quæ in quocunque tercio cum vicio possidente desideratur ad effectum retentionis, cum in isto casu in quo fideicommissarius absque vicio reperitur in possessione bonorum, procedendū non videatur cum hoc rigore, juxta ea quæ habentur infra in Perusina fideicommissi de Vinciolis & in Eugubina fideicommissi de Benamatis disc. 197. & seq. & in aliis, & sic tam super uno, quam super alio puncto resolutiones justæ, benequè fundatæ vitæ sunt.

ROMANA FIDEICOMMISSORVM

DE MAVRELLIS

PRO

IOANNE FRANCISCO

CVM

CAROLO DE MAVRELLIS.

*Causa disputata coram A. C. et resoluta
pro Carolo Domitio deinde sopitus per
concordiam,*

Stante Statuto Urbis quod filii positi in conditione fideicommissi censentur tacite ad fideicommissum vocati, An id procedat in filiis positus in conditione tacita resultanti à dispositione textus in l. cum avus ff. de condit. & demonstr. & l. tum acutissimi Cod. de fideicommissis, Et ad materiam dictarum legum,

Q4

SV M.

LUCA
ve
mentis
cat
VI
9

S V M M A R I V M.

- 1 **F** Acti series.
- 2 **D**ispositio l. cum avus, & l. cum acutissimi inducit presumptionem ex contrariis presumptionibus elidibilem.
- 3 **P**resumptio contraria est, quando de filiis unius & non alterius cogitatum est.
- 4 **F**ilii qui ex dispositione dictarum legum faciunt deficere substitutionem non censentur vocati.
- 5 **Q**uid existente statuto, per quod filii in conditione positi censentur vocati, pro affirmativa.
- 6 **P**ro negativa, & de rationibus.
- 7 **A**b expresso non inferitur ad tacitum.
- 8 **I**n dubio contra fideicommissum.
- 9 **D**uo specialia in idem non concurrunt.
- 10 **S**tatus un decidens aliquam iuris questionem an disatur odiosum & exorbitans.

D I S C. LXXIV.

Ioannes Paulus Maurellus unicum habens filium Iacobum, qui quatuor filios jam habebat, ex quibus duo Societatem Iesu ingressi fuerant, unus nomine Ioannes Franciscus uxorem duxerat, atque filios jam procreaverat, & alter Carolus Domitius nuncupatus in statu malæ valetudinis cum aliquorum membrorum impedimento reperiebatur, in eius testamento dictum filium hæredem scripsit, cui dictos duos nepotes in sæculo existentes substituit, ac successivè Carolo Domitio substituto morienti substituit fratrem superstitem, alios nepotes Religiosos rogando, ut sua sorte contenti, neque legitimam forsan eis competentem petere vellent, habita consideratione, quod ex duobus eorum fratribus unus uxore & filiis jam oneratus erat, alter verò in statu malæ valetudinis constitutus; Dicti autem testatoris morte sequuta, præfatus Iacobus testamentum condidit relativè in omnibus ad paternum, quod in eius etiam bonis servari voluit; Prout eiusdem Iacobi uxor scriptis hæredibus præfatis Ioanne Franciscò & Carolo Domitio, huic morienti substituit dictum Ioannem Franciscum fratrem, quem e conversò non gravavit, eodem modo, quo ceteri testatores ut supra fecerant. Cum autem Carolus Domitius mala valetudine seu membrorum impedimento non obstante uxorem duxerit, atque prædictum Carolum procreaverit, ipse verò vivens pro eius ære alieno soluto aliisque de causis bona pro eius portione ex prædictis hæreditatibus obvenientia cesserit Ioanni Franciscò juniori ex dicto Ioanne Franciscò fratre superstiti; Hinc sequuta tjs morte dictus Carolus prætendens iure fideicommissi ex propria persona ad bona in portionem dicti patris obvenire aspirare posse, iudicium instituit coram A. C. & assumpta disputatione.

Cæteri pro Ioanne Franciscò reo convento scribentes insistebant super substitutione in dictis testamentis ordinata, non obstante, quod ex dispositione textus in l. cum avus ff. de condit. & demonstr. & l. cum acutissimi Cod. de fideicommissis in substitutione simpliciter facta filiis vel descendentes, subintelligenda veniret conditio si sine filiis, quæ facit deficere fideicommissum, quia cum hæc sit nuda iuris præsumptio locum non habens, quoties per veram probationem vel per fortiores præsumptiones constat testatorem de filiis substituti cogitasse, & tamen eos neglexisse, ex plenè deductis in materia per *Fusar.*

quest. 437. & habetur etiam actum supra in hoc discursu. 31. talem dicebant desumi testamentum, saltem primi voluntatem, Tum quia dictus Carolus Domitius malè valetudinarius præfatus fuit, Tum etiam quia de filiis alterius institutus, & loquuti sunt, quæ discretiva, clarè iunctatis indicium esse videtur, ut in specie de Menoch. lib. 4. præsumpt. 36. num. 29. Hæreticorum. 20. num. 53.

Verùm mihi hoc fundamentum non placuit, quamvis ego quoque tanquam Advocatus ducerem; Licet enim hoc secundum dictum argumentum esset fortè, nihilominus delirium deditur ad præcedenti, quod potius recedendum. Idè enim testatores de filiis à Carolo Domitio procreandis non loquuti sunt, quia præfatus non illud ad eorum procreationem imponere ita omisso potius ad falsum præsupponendum ad voluntatem omittendi, ac negligens non esset, nisi alia urgerent adminicula suaderent, quod testatores cogitasse, sed prudenter neglexisse, ut dictum valetudinarium à nuptiis arcerent, vel filios ab uxore per eum ducenda procreandos haberent suspectos, ideoque abhorritos, & casum illius exhæredationis, quæ de futuro re ponderatur infra in *Senogallien. discursu*, tamen adminicula in præfati urgere non videtur, sed potius omisso referenda erat ad præfatum positum ut supra atque hunc sensum ab antiquo putatæ causæ habuit etiam iudex.

Solidius ego reputabam alterum fundamentum cessantis fideicommissi in persona actoris, conclusus ex iure proprio, venire non poterat hæreditario eius patris, dum ita obstat conditio, per quam bona controversa cum illa tenentur notum text. in l. cum à matre Cod. de rei vendic. concordia; Admisso siquidem quod in substitutione facta dicto Carolo Domitio ex prædicto testimonio dispositione subintelligeretur conditio si filii existant, operari poterat caducitatem defectum substitutionis, ita ut bona penes patrem remaneret libera, non autem quædam, qui conditionem deficere faciebant, iure fideicommissi venirent, quoniam in filiis expressè in conditione positus, quæstio est, an censentur vocati in qua etiam magis communis, ac hodie recepta est opinio negativa, ut dict. præfatus positus in conditione tacita, & à dictis legibus intellecta, casus est extra quæstionem, ut infra.

Scribentes pro actore, prædicta in terminis communis non negando, fundamentum committent in Statuto Urbis 142. disponente, ut substituti in conditione, fideicommissi censentur vocati; Licet enim actor non esset expressè in conditione positus, sed solum tacitè ac per dictas leges subintellectum, dicebant tamen legem generaliter loquentem, generaliter intelligentem præsertim quia utriusque casus eadem vel appropinquabatur esse ratio; Ac etiam quia disponentur per fictionem ipsius legis, vel potius per testatoris voluntatem, ita à lege probatam, communis stare videtur pro hac secunda propositione cum his propositionibus generalibus, nulla obstat auctoritate, vel ratione specialiter procedentem.

Pro reo convento, cum sensu etiam verum contrarium verius de iure dicebam, ubi enim in quo casu controverso, legis expressè determinatum non habemus, iudicandum est, vel ut

doctrinis specialibus, vel cum rationibus aut regulis & principiis juris generalibus, & his omnibus attentis pro exclusione Statuti respondendum videatur; Si enim attendendæ sunt doctrinæ, pro hac parte afflittit illa individualis *Galganetti ad idem Statutum, & in tract. de condit. par. 2. cap. 1. quest. 97. num. 6. cum sequen.* qui non habet contradictorem, Atque receptam propositionem habemus, quod doctrina punctualis absque contradictore habenda est pro casu legis, nisi appareat eam esse male fundatam, ac juris principiis adversari, ut *decis. 122. in fin. par. 5. recen. & sequens.*

Et si attendimus rationes speciales, multæ concurrunt idem suadentes, Prima est, quia Statutum agit de filiis positus in conditione fideicommissi, & sic exigit factum positivum & expressum positionis in conditione factæ per testatorem, quod conditioni tacitæ per legem subintellectæ convenire non videtur, quia verbum *ponere* denotare videtur actum facti.

Secunda ratio præcedenti consecutiva est, ut adeo requiratur filios esse positivè positos in conditione fideicommissi, quod etiam si expressè positi essent in conditione, non tamen in ordinatione fideicommissi, sed occasione pacti reversivi, vel alia occasione, tunc Statutum non intrat, ut in *Romana præsentis fideicommissi 30. Aprilis & 8. Novembris 1638. Cocino, Romana Censuræ 11. Martii 1652. Cerro*, quicquid enim sit de hoc assumpto, de quo *infra disc. 80.* id ponderandum dicebam ad effectum dignoscendi, quam stricte illa statutaria dispositio capienda sit.

Tertio est ratio, ut adeo Statutum hoc stricte ac ad litteram intelligendum sit, quod si super sunt nepotes ex filiis prædefunctis, isti non censentur vocati, neque eis convenit dispositio Statutaria, ut *decis. 84. num. 7. par. 9. recen.* & tamen illis conveniunt eadem rationes æquitatis vel præsumptæ voluntatis testatoris, & congruere etiam eadem dispositio text. in *l. cum avus & l. cum acutissimi* pariformiter filios ac reliquos descendentes contemplans, quamvis etenim ista decisio mihi aliàs minus probabilis visa esset, ut habetur *infra disc. sequen.* adhuc tamen id est satis ponderabile pro stricte & rigorosa hujus Statuti intelligentia ut supra.

Quarto, quod in Statu Veneto adest consuetudo æquipollens statuto, per quam filii in conditione positi censentur vocati, *Peregr. de fideicom. art. 28. num. 2. Fusar. quest. 437. num. 4. Mantie. de conjectur. lib. 11. tit. 2. num. 2. & 38. Rota in Fulginaten. fideicom. 1. Martii 1660. coram Bevilacqua*, & de qua causa supra *disc. preced.* & tamen apud eundem *Fusar. Peregr. & Mantie.* qui omnes sunt de Statu Veneto, receptum ac indubitatum est filios positos in conditione tacita inducta ex dispositione legis in allegatis juribus non censeri vocatos, neque consuetudinem suffragari, cum tamen receptissimum sit favorabiliorem esse consuetudinem quam statutum.

Quinta est ratio satis meo judicio convincens, quod ubi testator expressè posuit in conditione filios, ita constare dicitur de ipsius voluntate, quod de eis cogitaverit, illosque prædilexerit, atque tam substitutis quam hæredibus extraneis hæredis gravati præferre voluerit, & sic est voluntas certa; Ubi verò illos neglexit, sed lex eos subintelligit, tunc dicitur voluntas ficta seu præsumpta, quæ non debet esse ejusdem operationis, ut bene distinguendo istos casus habetur *decis. 358. num. 15. par. 3. recen.*

Clarius autem intrat dicta ratio voluntatis præ-

sumptæ, ac fictæ minoris operationis, quando sumus in casu, de quo satis probabiliter dubitari potest, ut neque talis voluntas præsumpta intret, quodque testator ideo istos filios in conditione non posuerit, quia eos noluit vocare, dum de filiis alterius filii cogitavit, eosque expressè in conditione posuit, ista enim discretiva concurrente, cessat dicta præsumpta voluntas, atque hæc est una de limitationibus, quæ dantur ad prædicta jura *in l. cum avus & l. cum acutissimi, Socin. in eadem l. cum avus n. 38. Hodiern. & ceteri supra allegati*, & conferunt, quæ circa hujusmodi individualem discretivam deducuntur *per Menoch. lib. 4. præsumpt. 36. nu. 29. & 30.* Licet enim istud motivum de per se consideratum non omnino tutum mihi videretur, ponderabile tamen est ad effectum excludendi plura specialia, illudque capiendi pro adminiculo.

Concurrunt in idem plures rationes seu propositiones generales pro majori parte magistraliter deductæ in casu, quæstionis satis proximè *per Rot. d. decis. 358. p. 3. recen.* quam ad hunc effectum dixi auctoritatem à simili satis in proposito facientem, quarum prima est, quod ab expresso inferendum non est ad tacitum, atque tacitum non est æqualis virtutis cum expresso, ut *d. decis. 358. num. 6.* ubi bene *num. 7.* multò minus quando tacitum deducitur ad destructionem expressi, & hic est casus, quoniam ita sic ille qui venit jure vocationis tacitæ vult excludere habentem vocationem expressam, atque istam destruere, igitur dicta decisio quoad hanc propositionem optimè facit.

Altera est super specialibus non multiplicandis, de qua eadem *dec. 358. num. 8.* & altera bene deducta *num. 13. & 15.* quod quando testator exprimit conditionem, si sine filiis, Statutum aliud non facit quàm inducere unam præsumptionem, quod scilicet censetur testatorem ita de eis cogitando voluisse illos vocare, sed quando testator non exprimit, tunc multiplicantur fictiones ac præsumptiones contra juris principia, quoniam oportet fingere seu præsumere voluntatem testatoris in dicta conditione subintelligendam & deinde oportet fingere ac subintelligere aliam voluntatem vocandi, quæ sunt in jure damnata, ac destructiva principiorum, maxime quia non agimus de subintelligenda vocatione resultante à dispositione juris communis, qualis erat casus dictæ *decis. 358.* sed agimus ad effectum Statuti exorbitantis à jure communi, ideoque strictissime atque ad præcisos limites verborum intelligendi, non extendendi etiam ex identitate rationis juxta quotidiana axiomata, de quibus *sub tit. de Succession.*

Et his accedit altera propositio pariter per Rotam & Curiam receptissima, ut sufficiat casum reddi dubium, ut in dubio sit respondendum pro exclusione oneris & fideicommissi, quia semper capiendus est ille intellectus qui pro libertate facit *decis. 348. in fin. par. 6. recen. Orthobon. decis. 255. nu. finali*, & aliàs *Rota sapius*; Ponderabam item plures differentie rationes, Vnam nempe non dandi cumulum præsumptionum seu fictionum in idem, quàm post antiquiores ponderat *Mantie. de conjectur. lib. 10. tit. 7.* Licet n. *Rusticus in l. cum avus lib. 4. cap. 16. circa princ. scholasticè* examinando hunc articulum, an scilicet filii tacite à lege subintellekti censentur vocati, adducendo fundamenta opinionis affirmativæ, respuere videatur dictam rationem, quæ siquod non sint duæ præsumptiones in idem principaliter concurrentes, quarum concursus est de jure prohibitus, sed una sit in con-

LUCA
de
umentis
cat
VI
9

in consequentiam alterius, quod non prohibetur, nihilominus *num. 18. & sequen.* fatendo hanc opinionem dictæ rationi innixam esse magis communem, ac veram, & in iudicando tenendam, admittere videtur rationem prædictam, quæ verè videtur probabilis, quia in effectu est inducere plures præsumptiones in idem.

Alteram ponderabam differentiam rationem satis efficacem, quod in casu conditionis expressæ Statutum dici non potest odiosum, ac à juris dispositione exorbitans, cum satis controversa sit quæstio præsertim apud antiquiores de tempore emanati Statuti, quando per modernas decisiones non erat adeò firmata negativa, unde Statutum aliud facere noluit, nisi ad lites dirimendas veriorum declarare unam opinionem, quo casu dicendum non est exorbitans, neque juri contrarium *Burg. de Pax in præm. ad leg. Tauri num. 432. & sequen. Rovir. pragm. 1. de assassin. num. 36. Rot. decis. 20. num. 7. par. 3. recent. ubi Adden num. 39.* Non sic est in altero casu conditionis tacitæ, in quo rejectis modicis contradicentibus, ferè concors ac recepta est sententia negativa, itaut *Theo. jun. in addit. ad decisionem 96. lit. B. in fine* dicat indubitatum, ideoque Statutum dicitur exorbitans, & juris correctorium, quoties expressa etiam lege deficiente adversatur alicui omnino receptæ DD traditione ex deductis per *Adden. ad dictam decisionem 20. par. 3. recent.* Ideoque magna resultat differentia inter unum casum & alterum, atque in Statutis receptissimam propositio est illa interpretari debere, ut quàm minus fieri potest exorbitant à jure, illiusque correctionem inducant.

Tertiam ponderabam rationem, meo iudicio satis efficacem, quod quando filii expressè ponuntur, in conditione per testatorem, tunc habetur istius certa voluntas, quod de eis cogitaverit, illosque voluerit substitutis præferri, cum istos per illos exclusit, & sic præsumptio vocationis per Statutum inducta innititur voluntati, nedum veræ & certæ, sed etiam verisimili, stante quod testator eos habuit in intentione, ac expressè contemplatus fuit; Hoc autem dici non potest in altero casu conditionis tacitæ, quoniam admittendo etiam istam non resultare à sola dispositione, seu fictione legis, sed à voluntate testatoris, ita per legem præsumpta vel subintellecta, semper tamen est præsumptio, neque dici potest, quod testator cogitaverit vel contemplatus fuerit, ut in altero.

Observando etiam, quod dum Statutum utitur verbo *ponere*, ut supra dictum est, id denotare videtur actum facti, ut istud verbum plurimis modis exemplificando observant *Calepin.* verbo *ponere*, & ex nostris *Reluff. in l. hac verba 124. ff. de verb. signif.* Ac etiam quod Statutum quando habuit intentionem aliquid tacitè subintelligendi, id expressit, ut constat ex eius verbis, ibi, *filij postri in conditione fideicommissi censeantur ad illud tacitè vocati*, ergo quando voluit significare actum tacitum expressit, signum quod noluit, ubi loquendo de positione non dixit, ut verisimiliter doctus *I. C. Lucas Petus*, qui de Superiorum mandato fuit Statutorum compilator, rectè sciens quæstionem, fecisset; Sed veritas esse videtur, quod cum tunc ardua esset quæstio, an filii in conditione positi censerentur vocati, atque incertum qualis esset magis communis, & in iudicando recipienda, Hinc proinde voluit ita tot litium anfractus in huiusmodi casu tollere, atque canonizare eam opinionem, quæ fortè placebat sibi, seu probabilis doctissimo *I. C. Gregorio XIII.* de cu-

jus mandato hæc moderno Statutorum compilator facta fuit; Et nihilominus sufficere dicebam materiam reddi dubiam, ut pro reo committendum esset, ex triplici axioma, nempe, ut in dubio contra actorem, Secundo in dubio pro interpretatione Statuti, ut minus viet à jure communi, Et tertio quod in dubio exclusione gravaminis & fideicommissi utrumcumque dispositio dictarum legum cum omni acutissimi directæ sit ad faciendum deficere eorum, ac inducendam libertatem bonorum, autem ad inducendum fideicommissum favorabilem, quos subintelligit, Atque hanc esse esse veritatem; Sed his non obstantibus potest sciri ex quo fundamento in contrarium iudicium in gradu verò appellacionis causa per contrarium terminata fuit.

ROMANA FIDEICOMMISSIS DE INCASATIS

PRO

CAMILLO CARANDINO

CVM

ANNA MARIA PERINTIA

Discursus arbitrarentalis.

An Statutum Urbis inducens vocacionem filiorum in conditione positorum suffragetur nepotibus ex prædefuncto, eoque capiat.

SYMMARIVM.

- 1 **C**asus controversæ.
- 2 De regula quod appellacione filiorum nunt nepotes sub statuto.
- 3 Contrarium reputatur verum.
- 4 Quod nepotes in conditione alii veniant appellacionum.
- 5 Quod statutum Urbis non sit de directo contra prædefunctum.
- 6 An statutum prohibens matri disponere ex prædefuncto suffragetur nepotibus.
- 7 Quod statutum Urbis suffragetur omnibus in conditione positis etiam si universa linea posita sit in conditione.

DISC. LXXV.

Ioannes Paulus de Incasatis, in ejus testamento heredem instituit Cosimum filium, cuius filio mortuæ substituit Imperiam uxorem, quæ prædefuncta jam dicta Imperia substituta temporis obiisset Cosmus superstiti Camillo, qui ex alia Imperia filia prædefuncta, ex ejusdem Cosmi dispositione quædam